Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

siquidem & mihi quiloquor & uo
bis quia auditus prode est · moab
interpretatur ex patre · ab dñ
pater mo ex qui est · iste ex patre
qui perdidit patrem suum · quire
liquit suum patrem · quinon reme
ant ad patrem proprium nec
est dignus uocari manases · qui
est iste moab · inimicus dñi de
cuius genere usque ad quartam
generationem · & decimam · & usq;
in saeculum non intrauit in eccle
sia dñi · quis est iste moab · quiex
immunda commixtione nascitur ·
in spelunca tenebrosa · ex lotheni
& ex filiab; illius natisunt · duo
moab · & ammam · & moab · ma
ioris filius · uid & e ergo quo
modo in lit terae misterium
absconditur in tenebris in spe
lunca · Non in sole · Non in luce
moab ergo diabolus interpre
tatur · qui oblitus est patris sui ·
denique & aber salon · qui persecu
tus est patrem suum · interpre
tatur diabolus · iste ergo moab
quomodo leuer spei dñi est · le
uer interpretatur olla · quo
modo olla spes est dñi · ergo cre
dibile est ut moab qui interpre
tatur diabolus · leuer spei
dñi sit · quomodo spes dñi est ·
dicit apostolus · quos tradidi sa
tanae

ut discant non blasphemare ·
diabolus quasi quaestionarius ·
dñi est · qui non recte ambulant ·
ad dñm traduntur diabolo ·
quare ut pereant in aeternum ·
& ubi clementia dñi · ubi miseri
cors pater · ubi est qui facit solem
suum oriri sup iustos · & peccato
res & plus & sup peccatores & iustos ·
quod dicit · hoc est · tradidi inquit
peccatores diabolo ut ab ipso cru
ciati conuertantur ad medici t̄ ·
& in hieremia · quid uides tu hie
remia · ollam succensam inquit ·
uid & e ergo qnm̄ in ista olla ·
mittuntur carnes · hoc scriptum ē
in ezechihel · & mitto inquit car
nes in olla ut mollia fiant · & durae
conuertantur ad dnm̄ · ut ex corde de
lapidio · fiat cor carneum · ut ubi
prius non poterat scribi · propter
duritiam · post scribatur · propter
mollitiam · succendam inquit hanc
ollam & ecce quam carnes & os sa
usq; dum amittant omnem umo
rem & inluuiem · & uid & e postea
quid dicatur · & discant inquit
quia ego dñs magnam misericor dia ·
magnum sacrificium · mittunt
carnes in olla ut exequantur &
discant quia dñs est · multa sunt
quae dicantur de moab & olla ·
sed nunc longum est ;